
V S V S.

Vult innuere crucem , tantum modicum duraturam.

III. Ipsa plena explicatio : *Amen dico vobis, plorabitis, &c.* Addit jurementum , ut ipsi fidem habeant. Putabant enim Christi regnum mundanum , & sine cruce futurum.

V S V S.

Docemur autem , Christianos nunquam immunes à cruce futuros.

DE III. L O C O.

I. Argumentum consolatorium
à facili: *Pusillum.*

Crux nostra modicum durabit , respettu æternæ damnationis , & nostri meriti. Majora enim ijs , quæ patimur , sumus promeriti.

II. à Jucundo: *Mæror vester vertetur in gaudium.*

Et hoc argumentum declarat similitudine , sumt à à parturiente.

III. Ab utili: *Gaudium, quod sequitur crucem , nemo tollet à vobis.*

Præsens enim & momentanea levitas , afflictionis nostræ , supramodum ingens , æternum pondus gloriæ nobis parit.

2.Corr. 4
Triplici